Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38166
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Paratum iudicio thronum suum. & ipse iudicabit orbem terrae in aequitate. iudicabit populos in iustitia; parum id est homo. utque hic in humilitate iudicat. ibi maiestate iudicatur. ut ad eum & orbem terrae securos debeat accipere. quidem iudicium culo congregantur. quibus oppositis fide & humilitate misericordia condonat. quia audituris venite benedicti patris mei. possidete regnum quod vobis paratum est. ab origine mundi. unde sed debuit sup sedes. XII iudicantes XII tribus israel; populus debet accipi peccatores. qui cum ut ita iudicandis. qua pro factorum scelere damnabunt. quibus dicendum est. ite in ignem aeternum. qui paratus est diabolo & angelis eius; & factus est dominus refugium pauperum; pauperum. id est qui terrena cupiditate vacuat. caelesti desiderat largitate diuescere. adiutor in opportunitatibus. quia illud est adiutorium dulcissimum quod in necessitate praestat. dicens in tribulatione. quando animam deficiunt. a compunctione audius incitat. sicut alio psalmo dicit. in invocame in die tribulationis ~~[illegible]~~ & eruam te & honorificabis me; & spera in te qui noverunt nomen tuum. qui nunquam reliquisti quaerentes te domine. in te id est. non sed blandimenta respicant. sed in tua passione confidant. qui noverunt nomen tuum. id est quia magestatem tuam sua devotione venerantur; sequitur. cur in domino debeat speranda. quia non deserit quaerentes te. toto corde configuntur; psallite domino ad psalmodia vocat populos devotos; addit qua habitat in sion. ut ostendat dominum qui in illis partibus corporaliter apparuit. sive quod ipsa illa pulcherrima contemplatione reperitur, & ipse ibi habitare dicitur. ubi eum in lumina caelestia contemplemur; unde intellegitur in omni actu psalmodia congrenter dici. quicquid potest domini laudibus aplicari. adnuntiate inter gentes studia eius. quia requirens sanguinem eorum recordatus est; sequitur sanguine martirum adimpunt persecutoribus. ee. requirendum. ut in eum recipiant quod temporaliter effundunt; quia dicitur gentibus praedicate. & quia missionis martirum, non est oblitus clamorum pauperum;

exponitque dicit. psallite domino qui hoc est reuelatis psallere unitis gentibus. eius mirabilia nuntiate;